quod forte reſpicit publicam vtilitatē, vt dixi ſ. quod intellige
quando condemnatus ex forma ſtatuti poteſt infamari ſecūdum
ea que dixi in l.infamem.ſ.de pub.iud. Eodem modo in diminu
tiõe pene inſpicienda eſt cauſa ſtatuti, vt ſ. dixi. Sʒ ſi pena au
getur, vel minuitur, propter ius commune, vt eſt factuʒ hodie
circa adulteriū.vt C.de adul.auth.ſʒ nouo iure.tūc circa infa
miā nil mutatur, q2 nõ eſt pena vltra legē impoſita, ſiue ſit lex
noua, ſiue ſit antiqua: ⁊ leges priores trahuntur ad poſterio
res, ⁊ econuerſo, vt ſ.de legi.l.ſed ⁊ poſteriores.

**Sumus expediti de prima** parte, que

reſpicit actioneʒ criminalem, venio ad verſi.ſʒ ſi in cauſa furti
⁊ opp.extra gl.quod non valeat ſentētia, q̄ continet manifeſtū
errorem iuris, ſcilicet quod ꝓ furto non manifeſto cõdemna-
tur in quadruplū, vt C.quādo prouo.non eſt nec.l.ij.⁊ que ſen
ten.ſine app.reſcin.l.j.§.item cum cõtra ſacras. Huius timore
dicunt quidam, quod hic actū fuit de furto nõ manifeſto, ⁊ pro
batum fuit de furto manifeſto, ⁊ ſic poteſt ſequi cõdemnatio ex
eadem inſtantia. Et ita tenet Bul.arg.l.bouem.§.aliquādo.ſ.
de edil.edi.vbi licet agatur quanto minoris, poteſt fieri ſente
15 tia qđ res reddat̃. Breuiter † iſtud nõ placet. m Quādoqʒ enim
m aliqua qualitas propoſita nõ probatur, que actionē nõ mutat
licet habeat penā augere vel minuere, ⁊ tunc ex eadē inſtantia
põt ſeq ꝯdēnatio, vt l.in delictis.§.ſi detracta ſ.de noxa. Quā
doqʒ illa qualitas nõ ꝓbata actioneʒ propoſitā alterat ⁊ tunc
nõ poteſt ſequi cõdēnatio, vt l.ꝑtor.ij.§.hec aūt actio.verſi.ia
cere.ſ.vi bo.raptor.l.denuntiaſſe.§.qd tñ.de adul. Quod ap
paret manifeſte, q2 ſuper actione illa nõ propoſita nõ eſt da
libellus, nec lis conteſtata, merito non poteſt ferri ſentētia
l.prolatam.C.de ſen.⁊ in aut.offerat̃.in fin.C.de lit.cõteſt.
ad propoſitum, ſi propoſita fuit actio furti manifeſti, ⁊ ꝓbat
de furto non manifeſto, ad quod cõpetit alia actio nõ ꝓpoſita
non poteſt ſequi condēnatio ex eadem inſtantia. Nec obſt.l.bo
uem.§.aliquādo, q2 ibi redhibitio continetur ſub natura actio
nis propoſite. Si enim ago quanto minoris, ⁊ de iure qđ ni
eſt, minus eſt ſi nihil eram emptururus, ideo ex virtute actionis
ſequit̃ redhibitio. Et iſta ſunt multum neceſſaria ad queſtionē
ſi ego accuſaui te de percuſſione cuʒ ſanguine, ⁊ eſt ꝓbata per
ſio, nõ tamē cū ſanguine vel cū armis, ⁊ ſimilia, vtrum poſſit ſe
qui condēnatio. quod examinaui plene in d.l.denuntiaſſe.§.q
tamen.de adul. Iſta tamē lect.vcʒ, quod hic fuit ꝓpoſita actio
furti manifeſti, poteſt ſuſtineri, ſi dicas quod iudex cõdemna-
uit de furto manifeſto, poſito qđ non fuit probatum ſed furti
nõ manifeſti nõ potuit cõdemnari. ¶ Ultimo legas iſtū ſcla-
rius, quod fuit propoſita actio furti ſimpliciter, nõ dicēdo ma
nifeſti, vel nõ manifeſti, ⁊ cum nõ eſſet probatū manifeſtum, iu
dex condēnauit in quadruplū, hic nõ eſt expreſſus error, pars
tamen grauatur, ſed per appllationē ſententia reſcinderetur.
¶ Uenio ad verſi.quāuis.⁊ quero, Si agit̃ actione ciuili ad
duplū, vł ad quadruplū, quomodo iudex potuit auferre parti
ius ſuuʒ, ⁊ condemnare ad penam corporalem, ꝯ l.id qđ noſtrū
ſ.de reg.iuris? Bul.intelligit l.iſtam qñ fuit impoſita pena pe
cuniaria, ⁊ corporalis, vt l.interduʒ.§.qui furem.ſ.de fur. Uel
pone exemplū in l.medicus.ſ.de var.⁊ extraor.cogni.ſ.đ calū
nia.l.pe. Iſtud exemplū nõ placet, q2 in dictis ll.imponit pena
ciuilis, ⁊ etiam criminalis eo caſu, quo vtraqʒ põt imponi, ⁊ ſic
pena nõ dicit̃ aucta, vel minuta, vt habuiſtis not.in j.gl.hui⁹
Ecl

Sed ſolum in hoc pōt dicere reus ſe grauatum,q2 iudex fecit
ex officio ſuo,cum deberet de hoc nouū pceſſum facere,ſ3 gra-
uamen qđ fit circa proceſſum,non inducit diſpenſationē in infa
mia vt l.ictus fuſtium.ĩ.eo.ſed ſolum grauamen qđ fit circa pe
nam corporalem vt hic. Unde alij ponunt exemplum quādo im
ponitur pena pecuniaria pro corporali ĩ defectum,q2 ſoluere
non poteſt,vt l.ſi.ſ.de in ius voc. Iſtud exemplū videtur ↄtra
6 caſum l.ictus fuſtium.ĩ.e.ſecundū ſecundam lec.ꝛ ideo † aduer-
tendum eſt ꝙ quandoq3 pro pena pecuniaria applicanda fiſco
imponitur corporalis,ꝛ tunc eſt diſpenſatum cu3 infamia,vt in
prin.huius §.Quādo petiť imponi pena pecuniaria applicā-
da parti,tunc quādoq3 iudex imponit vtrāq3 penam pecunia
riam ꝛ etiam corporalem. Iſto caſu ſi eſt de caſib',in quib' pe-
na ciuilis concurrit cum criminali,vt quando agitur ad vindi
ctam,fateor qđ videtur diſpenſatum cum infamia,q2 imponiť
pena grauior vltra lege3,ꝛ ita poſſet intelligi iſte ver.quāuis.
non referēdo ad precedentia. Sed ſi eſt de caſibus,in quib' pe
na ciuilis non concurrit cum criminali,vt quādo nō agitur ad
vindictam,tunc non grauat partem niſi ad proceſſum ꝛ iō non
videtur diſpenſatum cum infamia,vt ſupra dixi,niſi imponēdo
penam corporalem grauiorem delicto,q2 tūc videtur diſpēſa-
tum per prin.§.Quādoq3 imponit penam corporalem,ꝛ omit
tit pecuniariā,ꝛ hoc qñq3 facit poſt ſnīam latam in pena pecu
niaria,q2 qui nō pōt ſoluere,punitur in corpore,vt d.l.ſi.de in
ius voc.cum ſi.tunc nō videtur diſpenſatum cum infamia Na3
per ſentētiā fuerat infamatus,ꝛ per executionem quam iudex
poſtea facit,licet duriorē,non poteſt cum infamia diſpenſari q2
hoc pōt ſolus princeps ꝛ ſenatus,vt ſ.eo.ti.l.j.§.de qua.ꝛ hic
eſt caſus.ĩ.e.l.ictus fuſtium,ſecundum ſecundā lect.Sed ſi iu-
dex hec faceret in prima ſentētia,ꝛ reum cōdemnaret in penam
corporalem,cū peteretur pecuniaria, videretur cum infamia
diſpenſatum,vt l.in ſeruorum.in fine.de pe.ꝛ in hoc verſi.Et ſi
tu dicis,quomodo pōt iudex auferre ius partis? Reſpōdeo.
pōt ex cauſa.Primo ſi videt laborare infamia,ſeu inopia,tunc
non vř grauare partē,nec ei ius ſuum auferre,quia inanis eſt
actio ꝛc.Et hoc caſu poſſumus aduertere,quia ſi reperireť ꝙ
ille cōmiſiſſet delictum illo pretextu,quia penam pecuniariam
ſoluere nō poteſt,imponeretur pena corporalis ex cauſa cohe-
rente ipſi delicto,ꝛ tunc nō euaderet infamiam. Caſus eſt ĩ l.ſi
quis iniuriam.ĩ.de iniur.alias infamiam euadit,vt dixi. Item
poteſt eſſe quod reus eſt ſoluendo,ꝛ iudex pōt hoc facere ſua
dente publica vtilitate. Exemplū. Actio iniuriaru3 ciuilis tol
leret actionem criminalem legis Cornelie de ſicarijs,ſi cōdem-
natio eſſet facta.certe propter publicam vtilitatē poteſt iudex
non permittere parti quod agat iniuriarum ciuiliter,ne preiu
dicetur criminali.Caſus eſt l.pretor edixit.§.j.ĩ.de iniur.ꝛ ita
ſonat tex.ꝛ ita intelligit Iac.de Are l3 gl.ibi aliter intelligat,
ita in pposito ſuadēte vtilitate publica poteſt imponere penā
que vindictam publicam reſpicit,ꝛ omittere ciuilem applicā-
dam parti,quo caſu eſſet cum infamia diſpenſatu3 ſi pena eſſet
grauior,alias ſecus. ¶ Nunc reſtat vt diſtinguam' in duplici
materia,vt fit in glo. Primo quando damnatus pena aucta,vť
minuta ſit infamia,vt in gl.plenius colligiť,vt ex predictis pa
tet. Secundo intrat gl.vnam materiā an relegatus,vel ab ordi
ne remotus poſt tempus finitū recuperet dignitates primas?
Diſtinguit gl.clare. Dic vt in ea. ¶ Iuxta materia3 iſtā poſſet
queri de bānito,q poſtea eſt rebānitus ꝛ cancellatus de bāno,
vtrum primos recuperet honores? Et hic vidēdum eſt an bā
nitus efficiatur infamis. Dicam ĩ.in l.ictus fuſtiu3.Et poſito
ꝙ ſit infamis an per cancellationem tollatur infamia,dicam ĩ.
in l.ictus fuſtium. Ulti.no.bene materia3 huius.§.vt ex cauſa
iuſta ꝛ euidenti poſſit pena augeri vel minui,etiam que poſita
* eſſet in ſtatuto ciuitatis vel caſtrorum*.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Pena grauior. Circa iſtum §.qua pena puniatur
iudex q ſine cauſa auget,vel minuit penā,vide Ro.ſin.lxxvij.
inci.veni.q2 tu habes.ꝛ ſing.dcxcvij.inci.tu habuiſti.l.ꝛ ſi ſeue
rior.vide etiam Panor.in c.de cauſis.ad ſi.de offi.deleg.vbi di
cit eſſe pena3 infamie.ꝛ circa diminutionē pene vide Cep.caut.
cxxi.ꝛ Ro.ↄſi.cccclxxix.no.tū,ꝙ ſi pro aliquo delicto impona
tur pena pecuniaria,ſi tū contra aliquē fiat inquiſitio tanq̄ cō
tra ſimilia facere cōſuetū,debet capitaliter puniri vide Ange.
in additio.ad Bar.in l.j.C.de ſuperexacto.li.x. Itē ꝙ ſi in vo-
lumine ſtatutorū adſunt duo ſtatuta,quorū alterū ponit penā
pecuniariā pro homicidio,ꝛ alteru3 penā capitalem,an iudex
habeat electionem,vide Bar.in l.neq3.C.de cano.largi.li.x. Itē
ꝙ ex caſu poſſit iudex diſcedere a pena ſtatuta a lege,augendo
vel minuēdo vide aliqua p Bar.in c.de cauſis de offi.deleg.vbi
etiam an propter excellentiam hominis poſſit,ꝛ etia3 alia ibi ꝛ
Deci.ibi late. Item an propter virtutem delinquentis,vel pp
amicitiam qua3 iudex,vel princeps cū eo habet poſſit pena mi
nui,vide late Barba.in c.niſi.de offi.deleg.ꝛ ibi ēt ponit Abb.
an ꝛ quando iudex poſſit augere,vel minuere penam,vel mul-
ctam impoſitam,vel imponendam.

b ALEX. ¶ Corporali. Ad intellectu3 huius §.in ver.ſed ſi in cā.
vide Bal.in l.edita.C.de eden.ꝛ vide quod dixi in l.auxiliu3.in
pn.ĩ.de mino.ꝛ ſuper hoc §.ponit caſu3,ꝛ declarat Bal.l.certa
rōne.in verſi.conſidera.C.quando provocare non eſt neceſſ.

c POMA. ¶ Similiter eſt. Uide Fel.c.ſicut.ver.ceterum.de iu.

d ALEX. ¶ Cauſam non. An in ſententia ſit inſerenda cauſa.ad
hoc p Ang.ꝛ Imo.late in l.qui rome.§.duo fratres.de vb.ob.
ꝛ qđ dixi poſt Bar.in l.ſi is ad quē.de acqui.here.Et qū vict'
victori nō condemnatur in expenſis,debet inſeri cauſa ſecūdū
Bal.in auth.generaliter de epiſ.ꝛ cle.ꝛ per Bald.in l.pperan
dum.§.illo.de iu.ꝛ in auth nouo iure.per illum tex.eo.ti.adde
quod dixi in d.§.duo fratres.Et videtur quod in criminali re-
quiratur cauſa,ſicut in ſentētia excōmunicationis.c.j.ꝛ ibi no.
de ſen.excom.in vj.Cogita,quia non reperio tactum.Et quādo
in ſententia requiratur cauſa,vide Bal.in l.ſi teſtamēto.de ex
cu.tuto.cui' dicta ſequiť Pet.de Anch.in cle.ſi.de app.ꝛ vide
Bar.in l.qđ ait.§.ignominie.ſ.eo.Adde Bal.conſil.cxxj.lib.j.

e POMA. ¶ Tu dicas. Adde ꝙ limitationē Bar.hic ad l.vt fun-
dus.ĩ.com.diui.ſequiť Bal l.ꝛ ſi ſeuerior.C.eo.Ite3 limita d.l.
vt fundus.vt per Alex.in l.vinum.ĩ.ſi cer.pet.Itē limita vt p
Bar.in l.j.C.de ſen.que pro eo qđ intereſt.ꝛ eſt gl.c.cū eccleſia
Sutrina.in verbo,iudiciū.c.ſi.de cā poſ.ꝛ pprie.Ite3 fallit in
caſu matrimonij carnalis,vel ſpiritualis,ꝛ in alijs cōtinentib'
fauorem anime.Ita Cardi.cle.ſepe.§.j.in oppo.ſ.de ver.ſigni.
Item fallit,qū ageretur quanti minoris,ꝛ quando tūc pōt fer
ri ſententia ſup redhibitoria.l.bouem.§.aliquādo.de edil.edi.
ĩ.quē ad hoc pōderat Ang l.vinū.ĩ.ſi cer.pet.vbi reputat illū
tex.ad hoc no.et ibi colligit aliā limitationem.ſ.vt non pcedat,
qū illud qđ non fuit vetitu3 preſumptiue,vel tacite,in libello
ↄtinebatur.Itē fallit,quādo conuentus reali deiectus fuit de
poſſeſſione ſua collusione:q2 iudex potuit eū condēnare ad ce-
dendum actori actionē aduerſus deceptore3,quāuis nō fuerit
iſtud ĩ libello petitū.Ita pbat tex.l.quod ſi iudici.§.Iulian'.
ver.cedit.ĩ.de peti.here.ꝛ ibi Ang.ad hoc no.Spe.in ti.de in
ter.que fiunt.lite conteſt.§.nunc de interrogatiōe.ꝛ §.ſed ecce
reus.Item fallit,quando id,quod non fuit petitum,veniebat
ex natura vltra aptitudinē petitiōis intentate.Tex.eſt in l.ſi
negantem.ĩ.ad l.Aquil.ꝛ ibi in iij.opp.Item fallit,qū in gene
rali ↄſequētia adeſt tacita,vel implicita petitio,tamen ſi actor
petierit in concluſione pro ſe ſentētiam ferri,poterit iudex ſu-
per expenſis cōdēnare,quāuis de eis nihil ſit dictū.Ita Bal.
in l.pperandū.§.ſin autem alterutra parte.C.de iud.alle.Imol.
c.grauis.de reſti.ſpol.Item limita vt per Bal.in l.ſi ea.p illu3
tex.C.de arb.vide etiam Fely.c.licet cauſa3.ver.nona cōcluſio.
de proba.Barto.conſil.cxiiij.ꝛ vide Felyn.plene,c.l3 Heli.de
ſimo.qui ponit pluſquā xx.limitationes ad hāc l.vt fundus.

f ALEX. ¶ Ponatur concluſio. Uide Bar.in l.ij.§.ſi publico.de
adul.vbi an cōcludať in cauſis criminalibus.Ang.ĩ l.pactū in-
ter heredem.ĩ.de pac.vbi diſcrepat a Bal.Adde Bal.ĩ l.ꝛ ſi ſe
uerior.C.de infa.Et quod non requiratur,t3 Bal in l.certi cō
dictio.in pn.ĩ.ſi cer.pe.ꝛ Bar.in d.l.libellorum.

g ALEX. ¶ Latam ſententiam. Ad hāc materiā,vide q̄ ſingu.dt
Bar.in l.j.in ſi.ĩ.ad Turpil.Et ex his dicit Inn.ĩ c.j.de cōſt.ꝙ
iudex ratione emergentium cauſarum pōt penam tranſgredi.ꝛ
ideo licet teneať ſeruare ſtatuta,pōt tamē legem tranſgredi ſ3
eum.quod videtur ſequi Bal.in l.ꝛ ſi ſeuerior.C.eo.ti.Bene fa
cit quod no.Bar.in l.j.ff.vi bo.rap.Adde Bal.hic,ꝛ in auť ho
die.C.de iudi.vbi hoc limitat.ꝛ in l.obſeruare.§.pficiſci.de offi
cio pconſul.ꝛ in l.j.ꝛ ibi Bal.in prin.C.de pre.impe.off.vbi pp
enorme crimē licet legem tranſgredi.Itē limitat hic Bal.C.de
iu.in auť.hodie,habere locum in magiſtrat.maioribus,nō aūt
in minoribus vt in poteſtatibus,q habēt ſeruare ſtatuta ad vn
guem.Et ex iſtis hoc tu teneas menti quod licet quid ↄmittať ar
bitrio libero iudicis per ſtatutum,tamē iudex non debet illud
excedere,niſi cauſa cognita,imo debet expectare vſque ad finē
cauſe.l.j.§.expilatores.de effractorib.Et qū detur iudicib.ar-
bitrium,ꝛ in multis caſibus,vide Bal.in c.j.ĩ quibus cauſ.feu.
amit.ꝛ dixit Bal.in c.j.§.iudices.de pac.iur.firm.qđ arbitria
ideo dantur iudicibus:q2 quandoq3 nouam,quādoq3 vetere3
actus deſiderāt pudentiā:ſm Inn.ĩ c.j.de conſt.ꝛ ſ3 Io An.
ibi,non debet habens arbitrium fulminare.Et arbitria,q̄ dā-
tur,intelligūtur concedi,ſecundum mentē legis,ꝛ arbitriū in
tellectus,ſeu rationem ſecundum Bal.Et per hoc ſequitur ꝙ
facit litē ſuā,vt dixi in l.j.in ſi.pn.de app.ꝛ vide Bal.in l.liber-
tas.ſ.de ſtat homi. ¶ Adde qđ l3 iudex iuret ſeruare ſtatuta
poſſit tamen penā tranſgredi.Roma.conſil.cccclxxix.

P.Pau.

h P.PAV.P. ¶ Preter naturam. Vide Iaſ. in l. j. in primo notab. C. de precib. imper. offer.
i ALEX. ¶ Senectutē. Adde Bal. in l. quicunq̃. C. de ſer. fugi.
k POMA. ¶ Homicidium. vide Iaſ. in l. iiij. §. ꝓtor. ī. ne qs eū q. P.PAV.P. ¶ Ex hoc infertur quod ſtatutū, vel lex puniens homicidium, intelligatur ſi dolo fuit commiſſum, vide multa per Iaſ. in l. j. ī. de legib. ⁊ in l. in actio. ī. de in litem iurando. vide in repertorio in verbo ſtatutum.
* CLAVD. ¶ Optime. Ad huius gl. cōfirmationē. vide Feli. in c. inter cetera. de reſcrip. ⁊ eundem in c. poſtulaſti. eo. tit.
l ALEX. ¶ Statutū. Sed an iudex poſſit alterare penā ſtatuti, vide Bal. in l. j. C. ſi aduer. deli. q̃d no. Adde Spe. in ti. de pena teme. lit. in ſi. ⁊ dicit Bal. in l. quicunq̃. C. de ſer. fug. q̃d ſi ſtatutum. imponit penam manus, ⁊ aliquis eſt ita puer vel ſenex, q̃d moreretur, quod iudex poteſt penam permutare, ſi tamen non facit, non poteſt appellari. Et vide Bar. in ſi. huius §.
m ALEX. ¶ Non placet. Adde Bar. in l. quanquā. §. Iul. de aqua plu. arc. Bal. in l. edita. in x. oppoſi. de eden.
* CLAV. ¶ Vel caſtrorum. Quid autē, ſi dicat ſtatutū, ꝙ talis pena omnino imponatur, vel ꝙ nulla alia imponatur. vide Areti. ſingulariter in c. qualiter, ⁊ qñ. ij. §. ſi. extra de accu.

## §. Crimen ſtellionatus.

Opp. gl. ⁊ ſoluit dic vt ī ea.

LEX XIIII.

**Seruus.** Licet quis dānetur ſuo nomine, et ex ſuo facto, ex inſtantia cepta cum alio non eſt infamis. h. d. ¶ Nota ſummarium. Not. q̃d inſtātia iudiciū tranſit ad heredem. Dixi plene in l. eū hominē. ī. de fideiuſ. videbitis plene in l. tam ex cōtractib⁹. ī. de iudi. ¶ Opp. gl. duob⁹ modis, dic vt in ea. Sed quid ſi ſeruus cōdēnetur ſuo nomine ⁊ ex noua inſtātia, an erit infamis? Gl. dicit q̃d ſic, ⁊ poteſt eſſe verū in lenocinio, vt l. athletas. §. Pomponius. ſ. eo. Secus in alijs delictis, vt l. pe. ī. eo.

LEX XV.

**Notatur.** Ea que nō eſt pregnās, ſi vt pregnās per calūniā in poſſeſſionē mittatur, per ſententiam infamatur. h. d.

LEX XX.

**Ob hec verba.** Verba iudicis vituperioſa cauſa cognita nō ꝓlata infamiam non irrogant. h. d. No. tex. in ſi. cōcordantias habet in gl. ¶ Oppo. quod dānatus[a] talis
a ſit infamis, vt l. j. §. incidit. ad Turpillian. Glo. ſoluit trib. mo. quelibet eſt bona ⁊ notab. Ex quib⁹ diſtingue ſic, Aut qs fuit pronūtiatus inſtigator interlocutorie, aut diffinitiue, ⁊ cauſa cognita. Primo caſu nō eſt infamis, vt hic ſecundū primā lec. ⁊ C. e. l. verbum. ⁊ l. interlocutio. Aut fuit pronūtiatum diffinitiue, ⁊ tūc aut quis fuit inſtigator ⁊ coadiutor ad probationē, ⁊ libellum, ⁊ ſimilia, ⁊ infamatur, vt l. contraria. Aut nō, ⁊ nō infamatur, vt hic ſecundum ſecundam lect. Vlti. gl. ſignat vnū contrarium, ⁊ nō ſoluit. Dic quod ibi perſuadere eſt immediata cauſa delicti, imo eſt ipſum delictum, hic autem, querit vtrū exhortari ſit cauſa, propter quā teneatur de alio delicto per alium commiſſo. Bart.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Damnat⁹. vid. tex. ⁊ ibi Bar. in l. ſenat⁹. §. an ad eos. ī. ad Turpillianum.

LEX XXI.

1 Teſtis ſi eſt condēnatus de falſo non nocet producenti, nec teſti nocet ſi producēs eſt cōdemnatus. Si aliquis eſt condemnatus de falſo inſtrumento non nocet vtenti.
2 Periurus quando ſit infamis.
3 Iudex poteſt non adhibere fidem teſti, etiam plene deponenti, ex cauſa quam faciat apparere.

a **Lucius Titius.** [a]Duas lec. habet ſm primā h. d. Si fides atteſtationibus non eſt habita, non q2 teſtes falſum dixerunt, teſtes non infamantur h. d. ſed ſm aliam. h. d. ſententia lata cū producente falſos teſtes, nō pōt teſtib⁹ infamiam irrogare. h. d. ¶ Opp. ⁊ videt quod ſint infames, quaſi tacite ſint reprobati de falſo. arg. l. ſi. de fide inſtr. Gl. ſol. Primo dicas quod hic fuerunt reprobati, non tanquā falſi ſed q2 non reddiderunt bonā cauſam dicti ſui. Iſta ratio eſt bona in ſe, tamen aliam rationem dedit iuriſconſultus, vt vidiſtis. Secundo modo legitur quod poſito quod ſint reprobati tanquā non veridici ⁊ periuri, non tamen ſequitur, ergo ſunt infames. Hoc eſt verum, et nota per rationem poſitam in textu, quod
b ſententia lata fuit cū producente, non cū teſtibus.[b] ¶ † Not.
1 ergo ſolenniter quod licet producens condemnaretur de falſo, hoc non preiudicat teſtibus, ⁊ econuerſo, licet teſtis condem-
c netur de falſo, hoc non preiudicat producenti[c], ⁊ idem in in-
d ſtrumēto, ſi vnus eſt condemnatus de falſo[d] inſtrumēto, ⁊ alius vtitur eodē inſtrumēto, ei vtenti non preiudicat, vt l. ſi vteris. C. de fide inſtrumē. ⁊ per doc. in l. j. C. qui accu. non poſſ. Et hoc eſt verum quo ad probationem, ſed facit aliqualē preſumptionē contra eum qui vtitur ad quod l. j. in gloſ. C. de fal. ⁊ l. ſi d. patroni. in prin. de iureiurā. ⁊ l. denuntiaſſe. §. ſi. ī. de adul. D.
e quod eo ipſo quod eſt periurus[e] ſit infamis, licet non ſit cō-natus. vt C. de tranſa. l. ſi quis maior. Gl. diſtinguit, ⁊ bñ. A.
2 † quis iurat de preterito, ⁊ non eſt infamis ſi deierat, niſi cō-netur, vt hic. Aut quis iurat de futuro, ⁊ tunc aut iurat illi quo cōtraxit, ⁊ infamatur ſi deierat vt in cōtrario. Aut iurat
3 ſibi ipſi, vel Deo tātū ⁊ tunc non infamatur, vt in ſi. gl. ¶ † Vl-
f timo potes notare ex iſto tex. practicam[f]. l. teſtiū. §. j. ī. de teſ-
g dū dicit, Tu magis[g] ſcire debes, ⁊c. quod poſito quod teſtes
h clare[h] probent ſecundum verba poteſt iudex, ſi ſibi videbitur non adhibere fidem vt hic. Hoc tamen conſulo faciendū ex cauſa ita quod appareat, ne poſtea teneatur tempore ſyndicatus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Lucius Titius. Vide Bartolum ī l. ſi duo. in §. Iulia. de iureiurādo.
b POMA. ¶ Teſtib. Vide Pau. conſi. xvj. vo. ij.
c P.PAV.P. ¶ Preiudicat. Vide Com. conſil. lxix. ante mediū ⁊ conſi. lxxiiij. in prin. vbi vult iſta non procedere, quando ſolenniter, ⁊ in ordinario iudicio eſſet ꝑncipaliter inter partes diſputatum.
d ALEX. ¶ De falſo. Adde text. ⁊ ibi not. in c. ij. de ordi. co. vide Bar. in l. ij. ſi publico. ī. de adul. ⁊ Bar. in l. ſi vteris. C. de fide inſtru. ⁊ Inn. in c. verū. ad ſi. de foro cōpe. ſcd̄m quod alleg. Bal. in l. ij. C. de eden. Quid autem ſi teſtes ſunt cōdemnati de falſo an preiudicent producenti, Bal. quod ſic, in l. ſina. C. ſi minor ſe maior. dixe.
e ALEX. ¶ Eſt periurus. Vide q̃d no. Bar. in l. is cui. de verb. ob. Et adde q̃d dicebat Ang. in l. j. q̃ res iud. nō nocet. ⁊ aliquid in l. ſepe. de re iud. q̃d ſi videatur q̃d ſententia ſit lata cōtra poteſtatē, hoc adiecto quod iudex noluit ſtare teſtib. nō infamat teſtes, ⁊ quod ſententia lata contra vnum, qui quaſi ius non hꝫ in eccleſia, non nocet eligentibus. Secus ſi paſſi fuiſſent ipſum diſputare de iure eligendi. per d. l. ſepe. ⁊ facit optime iſte tex. ⁊ c. cum dilectus. de ordi. cog. Quid autem in tabellione, quod ſic, de ſi. inſt. diſputauit, an ſententia ei noceat, vide de hoc Iac. But. dixi poſt Bartol. in d. l. ſepe. vtrum autem ſententia lata contra notarium de falſo, preiudicet parti, vide Bartolum in l. ſecūda, de preuaric. Adde an periurus ſit infamis. Cal. conſil. v. de iureiu.
POMA. ¶ Vide ad hoc gl. c. querelam. de iureiur. Fely. in c. teſtimonium. de reſcrip.
f ALEX. ¶ Practicam. Vide Bar. in d. l. teſtiū. ⁊ Bal. in l. cū magiſtrat⁹. ad ſi. C. qñ prouo. nō eſt ne. Adde tu Are. in c. qñ contra. in ſi. extra de probat. ⁊ Barb. in conſi. iiij. in j. vol.
g POMA. ¶ Tu magis. Vide Alex. conſi. xx. iiij. vo. Fely. c. cū cauſam. no. iiij. ⁊ c. quoniam contra de proba. ⁊ c. cū veniſſent. teſti. ⁊ in c. in noſtra. ver. prefertur etiam. eo. ti. ⁊ c. ſi. de pſū. Barb. cōſi. xxvj. j. vo. Fel. in c. de cetero. de re iu. ⁊ c. ſicut. eo. Barb. conſi. iij. vol. ij.
h P.PAV.P. ¶ Clare. Adde, quod ſi iudex dicit in ſententia, quod per tales teſtes fuit plene probatum, ideo cōdemno. licet teſtes hoc non probent, per hoc non redditur ſentētia nulla, videt. Bar. in l. ij. C. quando prouo. nō eſt neceſ. Item dū d̄t hic Bar. quod poteſt iudex nō credere, adde quod debet in actis ſcribere facere, q2 non credit, alias iudex appellationis reuocabit ſententiam. vide Abb. in c. cum ad ſedē. in pe. no. de reſt. ſpol. vide ad dicta Bar. hic Barb. in cōſi. lxxv. in iiij. vo.

ELX XXII.

1 Notorium habet vim ſententie.
2 Confeſſio extraiudicialis iuncta cum alijs indicijs plene pbat.
3 Confeſſus in iudicio crimen publicum, an ſit infamis.
4 Confeſſus in iudicio in ciuilibus, habetur ꝓ cōdemnato, ſecus in criminalibus.
5 Cautela vt quādo quis credit ſe firmiter ꝯdemnandū ex cauſa famoſa, vt ſoluat antequam lis conteſtetur, ⁊ euitabit infamiā.
6 Damnatus per inquiſitionē, ſequuta executione eſt infamis, q̃ fuſtigatus vel mitratus.
7 Diſpenſatum cum infamia non videtur, licet quis grauetur in modo procedendi.
8 Bannitus, ⁊ condemnatus per contumaciam, an ſit infamis.
9 Iudex ex cauſa poteſt minuere penam, quando aliquis grauatur circa probationes.

**LEctus fuſtium.** Breuiter hoc dicit ſʒ
ꝑmā lec. Executio pe
ne corporalis ex cā famoſa infamiā irrogat, lʒ ſentē
tia non preceſſerit. h. d. ¶ Opp. executio non dʒ fie-
ri niſi ꝑcedat ſnīa, vt C. de exe. rei iud. l. i. ꝗ. de re iudi. l. ſi cum
nulla. Reſpond. illud verū regulariter. Fallit qñ ꝓcederetur
ſuper notorio, qꝛ notoriū† hʒ vim ſentētie, vt l. emptorē. de act.
emp. ⁊ ꝑ doc. in l. ea quidem. C. de acc. ⁊ Spec. de notorio crimi
ne. Et ita pōt intelligi qd̕ hic erat crimē notoriū vel in eo de-
prehenſus. Dicit ēt gl.† vnū verbū ſi forte cōfeſſus erat extra
iudicium, certe nō faceret crimē notoriū, ſed ſolū ſemiplenā ꝓ-
bationē. vt l. capite quinto. de adulterijs. Sed vt ſaluet gl. dic
qd̕ erāt alia indicia ſimul cum confeſſione iuncta, que notorium
faciebant. ¶† Querit gl. quid ſi eſſet confeſſus crimen in iudi
cio. Dicit gl. qd̕ tunc eſſet infamis ex ipſa confeſſione abſqʒ ir-
rogatione pene, vt l. qm̄. ꝗ. e. l. i. in fi. de interro. actio. Nec obſt.
l. ſi cōfeſſus. ꝗ. de cuſto. reo. qꝛ fateor qd̕ dʒ ferri ſnīa, tñ ex ſola
confeſſione eſt infamis. Idem videt̃ tenere gl. in l. qm̄. ꝗ. e. idem
Inno. extra de pe. c. ſup his. Ego dico aliter. Nā ſi bñ reſpicis
verba edicti, ille notat̃ infamia, qui damnatus eſt publico iudi-
4 cio, vel aliqua actione famoſa. Nunc† videndū eſt vtrū cōfeſſus
habeatur pro ꝯdemnato.[a] Et conſtat qd̕ in ciuilibus pro con-
demnato habetur, vt C. de ꝯfeſ. l. i. merito tunc ipſe eſt infamis
ſi eſt confeſſus ſuper actione famoſa, Sʒ in criminalibꝰ ꝯfeſſus
nō habet̃ pro cōdemnato, vt l. ſi confeſſus. de cuſto. reo. merito
nō infamat̃, qꝛ verba edicti hoc nō patiūtur. Ad primū mēbrū
obſtat fortiſſime. ꝗ. tit. i. l. ſi reus. vbi in ciuilibus confeſſus etiā
ſoluēs nō infamat̃. Reſpond. Aliud eſt ꝯfiteri ſimpl'r, qꝛ habet̃
ꝓ cōdēnato, ⁊ infamat̃, vt dixi. Aliud eſt cōparere ⁊ ſoluere id
qd̕ petit̃, tunc non habetur pro conuicto, ⁊ condemnato, imo iō
ſoluit ne in iudiciū ingrediatur, ⁊ vt abſoluat̃ ab inſtātia iudi-
cij, vt Inſti. de perpe. ⁊ tempo. ac. §. fi. ⁊ Inſtit. quibus modis
ſoluit̃ oblig. in prin. ⁊ hic eſt caſus in l. ſi reus. ꝗ. tit. i. Vñ reme
5 dium eſt,† qñ quis credit ſe firmiter condemnandū ex cā famo
ſa anteq̃ lis conteſtetur, ſoluat, ⁊ abſoluetur, nec erit infamis.
Iſta eſt notabilis prouiſio in d. l. ſi reus. Ad ſm mēbrū obſtat
ꝗ. eo. l. qm̄. Sol. illa loquitur in tranſigente qui videt̃ quodam-
modo aduerſariuʒ corrumpere dat pecunia, hic vero loquitur
in eo q vere confitet̃, vt in ſcd̕o membro, quo caſu non infamat̃,
6 nec iura reperiunt̃ que hoc dicant. Et ex hac† l. etiā not. habes
qd̕ poſito quod eſſet vera opi. eorū, qui dicūt qd̕ damnati ꝑ in-
quiſitioneʒ non ſunt infames, vt no. in l. iij. §. preterea. de ſuſpe.
tu. tñ ſi eſt ſecuta executio, qꝛ fuſtigatus, vel mitratus, erit in-
famis, ꝑ iſtam l. Et ſic ēt ex l. iſta habes tertiuʒ modum ex quo
irrogatur infamia iuris, qꝛ qñqʒ ipſo facto, qñqʒ per ſnīam, vt
l. i. ꝗ. eo. qñqʒ ex genere pene, vt hic. Pet. non ſtat in iſta lec. vt
refert Cy. in l. nullā. C. eo. qꝛ iſte modus irrogandi infamiam l.
non reperitur, ⁊ ideo tʒ ipſe ſecundā lec. que hic in gl. ponitur,
q̃ ſtatim dicam, ſed qꝛ gl. tʒ iſtaʒ, ego ēt teneo ⁊ puto eſſe verā,
⁊ placet plus iſta prima lect. q̃ ſequens. Nā ſm aliam iſta l. ni-
hil noui induceret. ſm iſtam inducit aliquid noui, ⁊ hoc intēdit
facere hic iuriſconſultus. Nō em̄ loquitur hic interpretando e-
dictum, imo refert ſic ſtatutum eſſe per principē, vel ſenatuʒ, vt
pʒ hic in fin. dum dt̕, forma ſtatuta eſt. Preterea tex. dt̕, qd̕ cau
ſa ipſa, cum ictus fuſtium infamat, non dicit de ſententia, ⁊ illd̕
qd̕ dicit, damnato irrogaret ⁊c. hoc eſt dicere, cā cum pena ſe-
quuta infamat eo caſu, quo infamaret ſententia ſola. Secundo
modo legitur in glo. ſm q̃ h. d. Si in executione imponit̃ pena
corporalis pro pecuniaria, infamia non remittitur. h. d. de hoc
7 dixi plene in §. pena grauior. l. quid ergo. Et no.† ex hac l. ſcd̕m
primā lec. qd̕ lʒ quis grauetur in ꝓceſſu, ſeu in modo proceden
di, ꝑꝑ hoc non videtur diſpenſatum cū infamia. ¶† Quero[b]
ergo vtrum exbānitus,[c] ⁊ ꝯdēnatus de aliquo maleficio ſit in-
famis, cū ex forma ſtatuti habeat̃ ꝑinde, ac ſi eſſet ꝯfeſſus? gl. vi
detur tenere qd̕ non in l. i. C. de modo mul. Quidā doctor. iam
hoc conſuluerūt, addentes rōnem, qꝛ cum grauati ſunt vltra le
gem, qꝛ ex ſola cōtumacia habeantur tanq̃ confeſſi, ergo vide-
tur cū infamia diſpenſatū, vt d. §. pena grauior. Iaco. Butr. in
quadā diſputatione videtur tenere ꝯtrium, cum enim ſtatutum
dicat quod habeat̃ pro confeſſo, ergo oēs leges loquentes de cō
feſſione verbali, trahuntur ad iſtā fictā, ſicut in ſimili in ficta ſti
pulatione, vt l. vnic. in prin. de rei vxo. act. ⁊ in eo qui fingit̃ ſem
8 per fuiſſe in ciuitate, ⁊ ſimili, ſed vere cōfeſſus[d] eſſet infamis, vt
* in hac gl. no. ergo ⁊c. Cōtrariū ego puto,* primo qꝛ in crimina
libus ꝯfeſſus nō eſt infamis, vt ꝗ. dixi. Vñ ex ficta confeſſione
nō infamat̃, nec ex cōdemnatione infamat̃. Naʒ damnatus non
perſonaliter, ſʒ ꝑ mediā perſonā procuratoris, non eſt infamis
vt l. furti. §. ſi qs alieno. ꝗ. eo. multo minus erit infamis, iſte, qui
nullo mō fuit in iudicio. Pro hoc multū facit rō dictorū doct.
quia fuit grauatus vltra legeʒ, ergo, ⁊c. vt in d. §. pena grauior.
Nec ob. qd̕ dictum grauamen fuit circa proceſſum, ergo nō in-
9 ducit diſpenſationem ſuper infamia, vt hic quia† nō fuit circa
proceſſum ſolum, imo etiam circa probationes, ⁊ per ꝯſequens
circa condemnationem, hic vero loquitur qñ fuit grauamen ſo
lum circa modum procedendi, de veritate autem conſtabat per
notarium, vel alio modo. vt dixi, Faciunt ad predicta que dixi
in l. infamem. ꝗ. de publi. iudi. Et ea que dixi in exbannito, intel
ligas niſi ſit executio pene ſequuta in corpore. Nam tunc eſſet
infamia ex genere pene per hanc legem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Pro condemnato. vide Bar. in l. infamē. de pub. iu.
b POMA. ¶ Quero. Vide Barb. conſi. iij. vol. ij.
c ALEX. ¶ Vtrum exbānitus. Videtū Bart. in l. nō ſolū. §. fi.
ꝗ. de procu. ⁊ probat tex. cū gl. in l. i. §. de qua aūt reſtitutione. ꝯ
poſtu. qd̕ lʒ talis abſens cōdemnatus, ſit infamis effectus, tñ ſi
petat, ⁊ obtineat in integ. reſtitutioneʒ, ꝑꝑ iuſtā cām abſentie,
tolletur infamia irrogata. Bar. in iſtis locis vacillare videtur,
⁊ ad hanc q. de qua hic per Bar. adde Ang. ⁊ Imo. in l. infamē.
de pub. iu. ⁊ qd̕ ibi dixi poſt Bar. ⁊ Spe. de ſen. §. iij. ver. quid ſi
de iſtis. ⁊ cum opi. Bar. hic, ēt trāſit Bal. in l. ſi tutor. C. de in-
terdi. ma. ⁊ Bar. in l. ſi ideo. ꝗ. de euic. ⁊ vide Sali. in d. l. ſi tutor.
an ficta cōfeſſio infamet, de quo vltra hic no. vide Iac. Bu. in l.
qm̄. ꝗ. e. dicentē qd̕ nō preter q̃ in caſu d. l. ſi tutor. ⁊ d. l. qm̄. Ad
de ēt Bal. in l. ēt. C. de fur. ⁊ qd ſi ſtatutū dt̕, qd̕ bannitus habeat̃
ꝓ ꝯfeſſo, ⁊ ſnīa habeat effectuʒ, prout ſi lata eſſet in pñtem, an ſit
infamis, vide per Bal. in l. i. C. de hered. inſti. plene ꝑ Iaco. de
Beluiſi. in diſputatiōe q̃ ponit in l. fi. C. de requi. re. Io. An. in
Spec. de contu. § ſequit̃. in pñ. ⁊ an ficta cōfeſſio infamet, vide ꝑ
Bal. l. cū mulier. ꝗ. ſo. ma. adde vltime parti apoſtille, Paul. de
ca. ꝯſi. cxcviij. Et anꝫ confeſſio ficta, infamet, vide per Barb. in cō
ſil. iij. in ij. volu.
d POMA. ¶ Vere confeſſus, vide Fel. in c. teſtimonium. de teſt.
* CLAVD. ¶ Ego puto. Sequitur Alex. conſil. cxiiij. volu. ij.
Bal. in c. niſi cum pridem. de renuntia.

LEX XXV.

**EXheredatum. §. Si quis in libello.** ¶ Not. qd̕ iuſta pro-
batio mortis eſt, qd̕ aliquis intrauit bellum, ⁊ modo non repe
ritur, argumen. huius l. in fin.

---

De procuratoribus. Rub. iii.

¶ Quidam habent ſuper rub. vnam gl. que eſt additio. Conti-
nua vt in ea. Quero in quo differt ꝓcurator a defenſore? Dic
vt in gl. Vel dic procurator cum mandato, defenſor ſine man-
dato. Sed querit gl. in quo differt iſte titulus a titulo mādati.
Dic vt in ea. ¶ Querit glo. que eſt additio, vtruʒ in ꝯſtitutio
ne procuratoris poſſet fieri ſubſtitutio, vt, ſi talis nō erit ꝓcu-
rator, talis ſit? Reſpōdet qd̕ ſic, ⁊ bene. Dic vt in ea, ⁊ qꝛ iſta gl.
eſt additio, ipſam non habeo, ſed eam pono.

LEX PRIMA.

1 ☞ Plurale reſoluitur in ſingulare.
Statutum puniens producentem falſos teſtes, verificat̃ in ꝓ-
ducente vnum.
2 Titulus de negotijs geſtis hʒ locum ſine mandato expreſſo vl̕
tacito.
3 Procurator in rem ſuā procuratorem cōſtituit ante lit. ꝯteſt.
4 Procurator, qui hʒ mandatum ad ſuſtinendum, pōt conſtitue
re procuratorem ante lit. conte.
5 Seruus ⁊ procurator ad negotia cōſtituunt procuratorem an
te lit. conteſt.
6 Prelatus eccleſie conſtituit procuratorem ante litē conteſta.
Prelati eccleſie ſunt quodāmodo vſufructuarij rerum eccleſie
Pater conſtituit procuratorem in rebus filij.
7 Salarium promiſſum procuratori in eius ꝯſtitutiōe impedit
actionem mandati, ſecus ſi ex poſtfacto.

a **PRocurator.** [a] Primo ponit qd ſit ꝓ-
curator. Scd̕o ad q̃ pōt
conſtitui ꝓcurator. Tertio ad qd eſt vtile. Quar
to qualiter cōſtituit̃ procurator. Quinto ꝑ queʒ
cōſtituat̃. Sexto qs ꝯſtituatur. Septimo ponit
effectus ꝯſtitutionis procuratoris, Scd̕a ibi, ꝓ-
curator aūt. Tertia ibi, vſus aūt. Quarta ibi, dari aūt. Quita
in l. filiusf. §. i. Sexta in §. ipſe quoqʒ. Septima in §. ꝓcurator.
⁊ de illa vlt. tractat̃ vſqʒ ad fi. tit. ¶ Redeo igit̃ ad ꝑmuʒ, qd eſt
ꝓcurator? Examinemus iſtā partem. Quero quare dt̕ aliena?